

to ipse est: tenete eum. Et confestim ac
 cedens ad iesum dixit. Aue rabbi. Et
 osculatus est eum. Dixitq; illi iesus.
 Amice ad quid venisti? Tunc accesserunt
 et manus intjecerunt in iesum. et
 tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his
 qui erant cum iesu. extendens manū
 eremit gladium suum: et percutiens
 seruum principis sacerdotum ampu-
 tauit auriculam eius. Tunc ait illi ie-
 sus. Conuerte gladium tuum in locū
 suum. Omnes enim qui acceperint
 gladium: gladio peribunt. An putas
 quia non possum rogare patrem me-
 um: et exhibebit mihi modo plus q̄
 duodecim legiones angelorū? Quo-
 modo ergo implebuntur scripture?
 Quia sic oportet fieri. In illa hora di-
 xit iesus turbis. Tanq̄ ad latronem
 existis cum gladijs et fustibus cōpre-
 hendere me. Quotidie apud vos sede-
 bam docens in templo: et non me tenu-
 istis. Hoc autem totum factum ē: vt
 adimplerentur scripture prophetarū.
 Tunc discipuli omnes relicto eofu-
 gerunt. At illi tenentes iesum. duxe-
 runt ad caypham principem sacerdo-
 tum vbi scribe et seniores conuenerāt.
 Petrus autem sequebatur eū a lon-
 ge: vsq; in atrium principis sacerdo-
 rum. Et ingressus intro sedebat cum
 ministris: vt videret finem. Prin-
 cipes autem sacerdotum et omne con-
 cilium. querebant falsum testimonij
 contra iesum. vt eum morti traderent
 et non inuenerunt. cum multi falsi te-
 stes accessissent. Nouissime autem ve-
 nerunt duo falsi testes. et dixerūt. Sic
 dixit. Possum destruere templū dei
 et post triduum reedificare illud. Et
 surgens princeps sacerdotum ait illi.
 Nihil respondes ad ea que isti aduer-
 sum te testificantur? Iesus autem ta-
 cebat. Et princeps sacerdotum ait illi.
 Adiuuro te per teum viuū: vt dicas
 nobis si tu es christus filius dei. Di-
 cit illi iesus. Tu dixisti. Verum tamē
 dico vobis: amō videbitis filium ho-
 minis sedentem a dextris virtutis di-
 et venientem in nubibus celi. Tunc
 princeps sacerdotum scidit vestimen-
 ta sua dicens. Blasphemaui. Quid
 adhuc egemus testibus? Ecce nūc au-
 distis blasphemiam. Quid vobis vi-
 detur? At illi respondentes dixerunt.
 Reus est mortis. Tunc expuerunt i
 faciem eius. et colaphis eum cederūt.
 Alij autem palmas in faciem eius d-
 derunt dicentes propheta nobis cri-
 ste. Quis est qui te percussit? Petrus
 vero sedebat foris in atrio. et accessit
 ad eum vna ancilla dicens. Et tu cuz
 iesu galileo eras. At ille negauit corā
 omnibus dicens. nescio quid dicis.
 Ereunte autem illo ianua: . vidit eū
 alia ancilla: et ait his qui erant ibi.
 Et hic erat cum iesu nazareno. Et ite-
 rum negauit cum iuramento: quia nō
 noui hominem. Et post pusillum ac-
 cesserunt qui stabant: et dixerūt petro.
 Vere et tu ex illis es. Nam et loque-
 la tua te manifestum facit. Tūc cepit
 detestari et iurare: quia non nouisset
 hominem. Et continuo gallus canta-
 uit. Et recordatus est petrus verbi ie-
 su quod dixerat: priusq; gallus cāter:
 ter me negabis. Et egressus foras fle-
 uit amare.

CXXVII

Ane autem facto: con-
 cilium inueiunt omnes
 principes sacerdotum
 et seniores populi ad-
 uersus iesum vt eum
 morti traderent. Et vincum adduce-
 runt eum: et tradiderunt pontio pila-
 to p̄sidi. Tunc videns iudas qui euz
 tradidit q̄ dānatus esset: penitentia
 ductus retulit triginta argenteos prin-
 cipib; sacerdotum et seniorib; dicens.
 Peccavi tradēs sanguinē iustū. At

Ar. 14. e.
 Lu. 22. e.
 Job. 18. b.
 Gen. 9. a.
 Ap. 13. c.
 Mar. 14. e.
 Lu. 22. e.
 Ar. 14. e.
 Lu. 22. f.
 Job. 18. c.
 Ar. 14. e.
 Lu. 22. f.
 Job. 18. c.
 Ar. 14. f.
 Lu. 22. g.
 Mar. 14. f.
 Ar. 14. f.
 Lu. 22. g.

Lu. 22. g.
 Ar. 14. g. Lu.
 22. g. Job. 18. d.
 Gen. 50. Jo. 30.
 Mar. 14. g.
 Lu. 22. f.
 Job. 18. c.
 Mar. 14. g.
 Lu. 22. g.
 Ar. 14. g.
 Lu. 22. g.
 Ar. 14. a.
 Lu. 22. a.
 Job. 18. e.
 Gen. 4.